



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

LXXIV. Markgraf Otto genehmigt den von Henning und Bertram von  
Stegelitz vorgenommenen Verkauf von Bernäuchen an die Mörner, am 28.  
September 1347.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

LXXIV. Markgraf Otto genehmigt den von Henning und Bertram von Stegelitz vorgenommenen Verkauf von Bernäuchen an die von Mörner, am 28. September 1347.

Noverint, quod nos Ludovicus etc. constituti presentia fideles nostri dilecti henningus et Bertramus, fratres de Stegelitz opidum nove Bernowe trans oderam situm coram nobis benevole resignaverunt petentes, ut idem opidum strenuis viris henningo et reynechino fratribus dictis de morner ac henningo et Thiderico patris predictorum morner et eorum heredibus qui dictum opidum a memoratis de Stegelitz compararunt, conferre dignemur. Nos igitur iustis eorum annuentes votis, contulimus et conferimus per presentes pretactis fratribus et patris dictis Morner et eorum veris et legitimis heredibus opidum antedictum cum omni jure, gracia, usufructu, commodo et honore, quibus illi de Stegelitz prelibatum opidum possident. In cujus festes Lochin, pincerna, G. Wolff, Buch, wich. de Rochowe, petrus de Bredow, benedictus de Bentz, milites et henningus de Wedel in Kerkow, residens. Datum Brandenburg, MCCCXLVII<sup>o</sup>, feria VI post Michaelis.

Aus Dickmanns Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staats-Archives fol. 60 und einer Sachwitz'schen Abschrift.

LXXV. Markgraf Ludwig verschreibt dem Henz Boytin das Angefälle an Otto von Hagen's Besitzungen zu Raduhn und Grazen, am 16. Dezember 1347.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc., contulimus strenuo viro, Henitzoni de boytin, fideli nostro dilecto, suisque etc. devolucionem VI mansorum in villa Craczin, filio ottonis de hagen pertinencium et in radun devolucionem omnium bonorum eiusdem ottonis nato pertinencium, cum omni jure, gracia, commodo et honore, quibus memorata bona natus ottonis possidet antedictus, sic quod eodem decedente ad predictum Henricum et suos heredes deriuari debent pariter et devolui, quod idem Henricus et sui heredes subsidio ceterorum bonorum, que ab antiquo ad ottonem pertinebant et ad suum seruicium nobis cum vno dextrario debebant perpetuis temporibus famulari. In cuius etc. Testes Lochen, Haffo senior, Haffo de Valkenborch, Ost, Brederlo, Hen. et Arn. de Vchtenhagen. Datum Soldin, Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLVII<sup>o</sup>., dominica post Lucie.

Aus Sachwitz'scher Abschrift.